

CONSPECTUS DISPUTATIONIS MEDICAE

QUAM
DEO (SUPREMO MEDICO) DUCE,
AUSPICE DEIPARA,

E T

PRAECIDE D. D. J. EMMANUELE DAVALOS.

SUSTINEBIT

IGNATIUS MORALES BACCALAUREUS PHYSICUS
REGII ANATOMES ANPHITHEATRI ALUMNUS
IN DIVI MARCI REGIA

AC

PONTIFICA ACADEMIA

DIE 3. Septembris.

ANN. DOMINI 1808.

Limae Typis Domus Orfanorum.

EXCELLENTISSIMO.

D. D. JOSEPHO. FERDINANDO. ABASCAL.
ET SOUSA.

ORDINIS. MILITARIS. S. JACOBI. EQUITI.

COHORTUM. PRAEFECTO.

PERUVIAE. PROREGI. AUSPICATISSIMO.

PRIMATI. REGII. PRAETORII. LIMENSIS. PRAESIDI.

PLACIDO. PROSPICIENTI. SOLERTI.

REGNI. SOSPITATI.

MILLE. MONUMENTIS. INCLYTO.

T. DIVINO. QUASI. AFFLATU.

IN. MUNDI. ADMIRATIONEM. AMERICAE. BONUM,

JUSSU. IMPERIO. MUNIFICENTIA.

S. FERDINANDI. COLEGII.

SALUBERRIMAE. FACULTATIS.

CONDITUM. ACCINTUM. MUNITUM.

DE SECURIT. PUBLICA. DE APOLLINARI. SCIENTIA.

OPTIME. MERITO

ANN. DOMINI 1808.

Imme Dñeis Domini Octobris

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Rimordia nascentis Ferdinandi Colegii a
minimo alumnorum decerpta humillime tibi offerto.
Exiguum sane munus. Jam non exiguum, si tuo ex-
celso nomine insignitum in lucem prodire dignan-
ter concesseris. Res Meridionali Americae felicis au-
gurii plena.

Aedificium Regium: aspectu grave: porticu
magnum: decem successive in angulo auditoria, sive
aulae, superbum in centro Amphitheatrum Horis
circundatum, S. Ferdinandi Colegii ornamenta. Porticus
semper erit adornata triumphis. Hic saluberrima Li-
miana facultas quae Professores suos ad dignitatis cul-
mina evehit, munificeniae tuae in publicis mo-
numentis praeclarum exhibebit testimonium. Decem
igitur magistri. Electos jam vidimus illos quorum
nomina, famaque non vulgaris per omnium ora
volitant.

Par est igitur, Excellentissime Domine, sub
egregio tuo honore apparere illud opus, quod te
praedicat conditorem, et eo nomine tuum est, quod

tibi tantorum beneficiorum Limaram erga gentem
immortalem imperit gloriam Virtutes quidem vestrae
ad esingendos consequentium aetatum Heroas toti
Orbi offerentur.

Id unum mihi superest cupiendum, quod tenta-
men hoc qualemque illis subcidio esse valeat, qui-
bus ipse nonnumquam procul fertiliora polliioraque
verae laudis suppeditabis argumenta.

EXCELENTISSIME DOMINE.

IN PERPETUAM GRATI ANIMI MEMORIAM.


D. O. C.

Ignatius Morales.



TITULARIS MEDICO-CLINICA.

Tussis elapsi proxime autumni convulsiva puerorum: Phlebotomia et repetita Catharci expugnata feliciter.



Vix Divinae Jatricae vestibula ingressus,
ut horriferam quaeis Mortalium genus obruitur columnarum catervam prospiciens, ab illis imperpetuum lumina detorsissem, ni humanitate instructus, similibus meis inserviendi cupidine tactus fuisset animus. Tot inter calamitatum genera, nulla truca-

lentior, nulla terribilior, miserabiliorque nulla mihi visa fuit, quam illa concussio sonora, violenta pectoris totiusque corporis, quae non raro miserios aegros immotiter suffocat, trucidat; cumque hocce afflictu, Pertussi dicto, dum Nosodochium Beatae Mariae Charitatis adibam, percussos vidi plurimos, et postquam Clinicam Medici operam exploravi, nil magis percupivi quam morbi hujus quamdam tenere notitiam. Id circa ad pensum implendum exponere cogitavi.

Tusses quae se obtulerunt sub initio Aprilis anni labentis 1808. Limana hac in Urbe, earumque historiam, et Therapeiam exarare nunc animus est, non ea cum solertia quae in Arte exercitatum virum decet, sed prout vires Tyronis sinunt; ea fretus opinione, me vestris observationibus, Antisites Scientiae Medicæ ornatissimi, meliorem futurum.

Varium admodum Coelum, per easatem cädissimam, autumnum frigidum, ac siccum anno 1807; hyemem autem frigidam et parum humidam, praeter morem experti sumus cum constitutionibus Pleuriticis, et Peripneumonicis: ineunte mense Aprilis drepente emicuit affectus ille pueris præcipue infestus, qui velut afflatu quodam à Sideribus inni-

sso, quasi plurimos una corripuit, quidam benigni-
ne, alii maligne, ast rarissime. Tamen haud ju-
dicare licebat de morbi malignitate, violentia Sym-
ptomatum quae primis occurrabant diebus, nam-
que servato regimine plures ex iis qui gravius aegro-
tabant, intra biduum curabantur.

HISTORIA MORBI.

Levi horrore, incipiebat morbus, quem se-
quebantur incerti et vagi calores, sensus quasi pon-
deris ad caput referendus, obtusus dolor praeci-
pue circa frontem cum oculorum illacrimatione. In-
sulius erant subitanei, tussis ferina, et clangosa,
facies colore atro violaceo, nonnumquam sanguis ex
ore, naribus, oculi prominebant, palpebrae inzumes-
cebant, accesio vomitionibus ut pluimus termina-
bat. Pulsus frequens erat, plerumque durus, et ten-
sus, crescebat frequenter serotinis horis, et re-
mittebatur versus diluculum levi cutis mad ore. Lin-
gua erat subalbida, mucco albescente obducta, vri-
nae rufae interdum albicantes.

De benignitate judicabamus pulsus vigore,

benignitate Symptomatum , exractionum libertate. De Malignitate vero summa totius corporis circa febris insulkum debilitate , et lassitudine, subindeque animi abjectione , et inquietudine, quae signa sunt hujus casus Pathognomonica , pulsu debili , parvo , frequenter vndulanter , quandoque simul duro, cibi fastidio agrypnia , somno gravius affliciente , voce interrupta &c.

Circa causas materiales catarrorum epidemiorum dispar est ubique opinio. Isti cum Veteribus à dyscrasiis eas deducunt, à crudo scilicet aggesio (diversas peue tempestates sese invicem succedentes) aut crassi senibus propria.) Ideoque Phlegmaticos, otiosos credunt iis morbis esse maxime subditos. Alii cum Huxamio, totum opus ex aëris qualitate deducunt, et partibus acrisibus quae per poros absorventur , quod alteri negant cum sub tempore frigidiori , et post Solstium hybernū etsi aër frigidior sit, viderunt tamen saepissime Catarrhos Epidemicos autumnales disparuisse. Alii ventis varieta- ti tempestatum, perspirationique in minutæ totum hoc opus comitunt, et plures catarrorum varietatēs deducunt à vitae regimine, Climate, expositione domicilio.

rum, corporis et Viscerum habitu, temperamenis (1), Alteri cum Sydenhamo omnem considerationem à causis primariis deductam, vagam et inuilem esse censem, et dyscrasias catarrhales quasi coelitus emissas, volunt spectari (2), easque tamen ex inspectione sanguinis emissi, aut curationibus deducunt, et quamvis falax sit inspectio sanguinis, et extractus è venis nutritum induat eamdem pelliculam quam in catarrhosis, hic modus considerandi objectum visus est certior, quam dogmaticorum praecepta Varias esse dyscrasias Catarrhales volunt plerique Autores, Ballonius alias acrimonia et tenuitate afficere, alias spissitudine, alias proclivitate ad Peripneumoniam modo exquisitam, modo notham: modo copia magis peccare materiem, alii modo qualitate frigida, modo calida dicant, modo reclinare magis minusve ad putredinem cum Princilio admittunt (3). Lites has compone re vetat

Catarrhales volunt plerique Autores

(1) Vide Sins. Hoffm.

(2) Morborum epidemicorum causam imperscrutabilem esse Medicorum nemo inficietur. Gort. desc. morb. epid. Pag. 1.

(3) Miasma cum aere inspiratum non tantum esse causam catarrhorum, sed etiam materiam perspirabilem recentam, et corruptam vult Gorter loc. cit.

jubenilis aetas, in hoc ecclesiaceae Medicinae (4) si
liceat proponere meam opinionem, fautor essem.

Ad hunc morbum disponunt in adultis Asthma humidum, proxima ad Phthisim dispositio, Cachexia, et Cachochimia, Scabies, Erysipelas diathesis, arthritis vaga, clausa cauteria, omissa purgantia asueta, perspirationis Santorianae repercussio, irrepentina mutatio ex loco calido ad frigidum, vel ex frigido ad humidum, digestiones tardae cum corruptela in primis viis.

Hunc morbum determinant venti boreales

(4) Disputare velim de Theoria donec Theorica eruatur veritas, quae forsitan ante Mundi finem ex suo puto integra haud prodibit; sed in facienda Medicina unanimes uti decet, optaverint otanes. Privata res est opinio Theoretica, praxis publicae utilitati litat. Factitent Medici quod Aristides, ac Themistocles proceres Attici perpetuo privatis inter se disceptantes, sed, quoties publica negotia gerent deponentes finis obtinendi causa, simultatem quam reversi ad privata studia resumebant. VVerhof. obs. de febrib-

(5) repentina aëris calidi in frigidum mutatio,
 Aequinoctii tempore, tempestatum vicissitudines à secca
 in humidam; vestimentorum hyemalium vere cito
 depositio, aestate vero pluviae Matutinas et Serotina-
 nas horas reddentes frigidas, incessus pedibus nudis
 super frigida loca, pectus à frigore non tectum,
 habitatio in locis humidis, et frigidis, &c.

Quaedam habet Hippocrates circa constitutio-
 nes aëris quibus procurantur catarrhi quae praeter-
 mittere non decet. Notat hyemem australem, plu-
 viosam, et tranquillam, ver autem siccum et aqui-
 lonium catarrhis, in Senibus brebi perimentiibus lo-
 cum dare. Aestatem siccum et aquiloniam, autumnum
 pluviosum et australem eundem morbum parare; vide-
 turque diversam dyscrasiam desiderare hujus morbi
 Genesim. Modo acrem, tenuem, modo gypseam, len-
 tam et tenacem, circa quae ulterius non excurrat,
 cum quisque commentaria Gorteri in aphorismos le-
 gere possit.

Circa Symptoma quaedam notanda ve-
 niunt, alia esse essentialia, alia accidentalia quae ex

(5) Tusses siccus, et guturis asperitates induit consti-
 tutio temporis aquilonaris. Hipp. aph. 5 sect. 3.

parte subiecti oriuntur, aut ex parte morborum conjunctio-
nis. Essentialia catarrorum Symptomata superius expo-
suimus: fluunt necesse ex impedita perspiratione, con-
versione materiae retentae in organa respirationis: cau-
sa qua sic fluit materia partim ad membranam pi-
tuitariam, et Pulmones facile intelligitur ex commu-
nitate functionum; cum Cutis, Pulmo, Membranaque
pituitaria perspirationi famulentur. Sed alia oriuntur
ex vicinitate partium, talis est capitis affectio quae
concomitari solet Catarrhum; afficiuntur enim, Cepha-
algia, Vertigine (6). Tinnitus aurum (7). Catarrhis
epidemicis accedere solet febris, quae sua habet phe-
nomena à Catarrho distincta, et quibus augetur sae-
pe morbi periculum. Non ibimus in percurrendiis
Symptomatisbus, eo magis quod varii generis fe-
bres, quales sunt febri lenta nerva (8), Syno-
chus, aut febris putrida, malignave his adjungi po-
sunt quae nos ducerent in campum spatiostorem.
Tandem in complicatione morborum abitu Catarrhi
in Peripneumoniam nostram, abscesum hydrothoracem,

(6) Vide Goit de Vertig.

(7) Cartheuseur.

(8) Vide histoire de la Soc. roy. tom. 2.

tabem, alia oriuntur phenomena quae hos morbos inaxime spectant, de quibus hic agere locus non est. Licet in obscuris lateant pertussis causae, ex obserbatis nostris in aegris clare patet, quod quae gravissavit proximo elapso autumno febre gastrica pituitosa suas natales habuit. Sub constitutione hyemali, seu pituitosa prae caeteris grassantur tusses, Corryzae, fluxiones catarrhosae, et perusses, &c. Ad varias morborum cuiusque tempestatis inter se complicationes rapido oculo attendat Medicus. Hyeme sub coelo saltem pluvioso pituita praedominatur, sed et sat saepe dies aut haebdomade siccae, et frigidae, humidis et calidis diebus, aut haebdomadibus succedunt, et alternatim; tunc affectiones pituitosae inflammationi procul dubio immiscebuntur: curatio igitur non poterit esse eadem.

PROGNOSIS.

Catarthus benignus periculo vacat, modo regimine obtemperetur, malignus vero maximum portendit periculum. Subjecta imbecilliora praesertim si difficile sudent, non sine labore curantur. Morbus si diutius perseveret, et ultra quadragessimum diem extendatur, in febrem haematicam facile

transit. Febris Catarhalis quae supervenit Asthma-
ticis, Cachecticisque in hydropem Pectoris, et Phthi-
sim abit. In senibus per aegre solvuntur. Anni
tempestates frigidae, et aquilonares difficultam re-
ddunt curationem. Saepe evenit ut in Peripneumoniam
degeneret, Seniores ex improviso trucidet, quod
maxime evenit ex Hippocrate, si hyemis australi
et pluviosae, succedar Ver siccum, et aquilonium. Aes-
tate facilius curatur quam autumnali, et hibernali tem-
pore, nisi quedam ex parte aëris sit putrida cons-
titutio. Qui in tabem degenerat pulmones exulcerare
solet. Tussis puerorum catarrhalis gravior et Epide-
mica, quae Coqueluche apud Gallos dicitur, et quae
elapso autumno grassavit nostro sub Jobe, suis exacer-
bationibus, vel paroxismis distinguitur. Exitialem sae-
pius habet exitum, si dentitioni, variolis, aut mobillis
superveniat: ad certum gradum evecta periculi num-
quam expers videtur, praeprimis si febre validiori, aut Si-
bilo stipetur. Summa difficulti respiratione et Dyspnoea
tussis nostra orbata fuit, minus funesta propterea

CURATIO.

INITIO morbi viget strictura spasmodica, quam
erethismum vocamus; Anxius est aeger, ardent fauces,

et bronchia , adstringitur Ventriculus , irregularis est
 circulatio ; ideo praestat phlebotomia , et diluentibus
 urinam , ut solvatur strictum . Ad hoc conducunt Ptisa-
 nae molles , demulcentes , aquae pulli , collutiones oris
 sine gurgurisatione , et cum antiflogisticis , elismata emol-
 lientia ; et si tussis urgeat , somnus sit irrequetus , emulci-
 va cum anodynais . Dieta austera sit . Sedato erethismo
 ad leniora cathartica confugiendum , ad leviter re-
 solvenia , diapnoica , &c Therapeia hujus morbi ut rite
 instituatur ; tam per venae sectionem , quam cathar-
 sim est evaquandum , cuius methodi utilitas plu-
 mis autoritatibus , et quidem non exigui ponderis
 firmatur . Audiamus enim in hoc magnum Syden-
 hamium . “ Si remedia , ait , pectoralia quod atti-
 net (praeterquamquod eorum usu gratificamur
 aegris) non intelligo quo pacto amoliendae tussis
 causae queant conferre . . . Id certo scio iniutiem
 in his tantum temporis impendi ; non numquam
 etiam sanguinis massam eousque debilitari a reten-
 tis particulis seri naturae inimicis , pulmonesve
 insuper Tussi irritatos ita conquisati motu vio-
 lento , ac fere continuo , ut non raro via sternatur
 ad tabem , . . . Nota bene 1. quod si praepo-

Neant hoc tempore lassitudinis et debilitatis sensus, pulsusque sit paivus, tremulus, vacilans, metuenda est malignitas, quo in casu paucis horis concidit erethismus, et periculum imminet, neque adeo jubant laxantia, tuncque movendus est vomitus radice Braxiliensi, et epipastica ad crura, et coxas applicanda; cum Hippocrates docuerit morbos pectoris maxime judicari abscessu ad has partes. 2. Ex tempore Hippocratis notum esse valde, senes non aequem demulcentibus jubari, quam adulti. In his enim defectu motus pituita crassior (ajunt Chenot Tawri) et actior, circa loca pulmonalia colligitur, eo facilius, quod Cartilago Epiglottidis ossea quasi sit, et minus articuli claudi posit rimula, tandem eos difficile perspirare; ideo Hippocrates vini portionem, et Hydromel praescribebat, 3. Infantes magis a stomacho tussire, et emesi, et cathartisis, et stomachicis potissimum curandos esse.

Quod si sputa difficile excreentur ob siccitatem phlogosis, guttulis, et asperae arteriae suadenda sunt ecclesimata mollia, vapor aquae saepidae. Sin minus torpescat Pulmo, Oxymiel sciliticum, tandem Kermes mincrale prescriberentur.

Ubi autem morbus ibat in putridam febrem,

in usum veniebant acida, sive vegetabilia, sive mineralia dulcificata; ac simul alternis diebus purgantia cum Manna, et Tartaro Emetico fracta dosi adhibito.

Cardialgiae medebamur initio leni emetico; deinde aqua destillata Menihae, cardiaeis levioribus. Hoc enim Symptoma debilitatem virium secum ducit, et ex purgato ventriculo evanescit.

Dolori laterum opitulabamus Vesicantibus loco dolenti applicatis.

Delirio obveniebamus usu boli compositi ex Nitro, Camphora, Syrupo Cichorei, interdum vesicantibus, et epipasticis.

Dysenteriae vero emesi, ope mediocris dosis radicis Brasilensis, ac dein Prisana demulcenti, et enematisbus anodynis; quae si in Diarrhaeam abiret, soluto morbo primario praescripsimus decocumum Sydenhami, et Simarubae.

Quod spectat venae sectionem, non parum in usum veniebat: in aegris ubi dolor laterum, vel respirandi difficultas augebant, tunc protinus, et sine mora adhibita est, habita semper virium ratione.

Iam vero harumce duarum classium praestatoria remedia, scilicet Phlebotomiam, et catharcim aper-

tius pro coronide liceat exponere , horumque dotes
eximias] in curanda tussi , exemplis numero paucis , asse-
forte rerum copiosissimis illustrare.

OBSERV. I.

Primo Aprilis anni 1808 puer annum unum
natus Nosocomium Beatae Mariae Charitatis adivit
gravi tussi laborans , quae miserum ad extremum pene
adduxerat . Exasperationes habebat vesperi , Catarrhus
erat . Tussis convulsiva . Nec quicquam curare po-
terat . Vomitiones frequentes . Albus albicantia de-
jicit , deinde substitut . Phlebotomia statim celebrata ,
convulsio levis . Tussis perseverabat . Catharci repeti-
ta albus sollicitata reddit multa biliosa . Mane et sero
deinde stomachicis , et anodynis convaluit .

OBSERV. II. III. IV.

Infantulae tres quarum prima adivit initio
Aprilis erat anni unius et dimidii : secunda anni
unius 18 Maii . Tertia anni et dimidii 29 Junii tussi
convulsiva tenebantur , contenta in Stomacho rejicie-
bant , ipsis Phlebotomia , purgantia lenia , potum ex
aqua Pulli ministravit Medicus , et convaluerunt .

OBSERV. V.

A Lter aegrotans memorabilis quidem (Emmanuel Pando) annos quinque natus Nosocomium accedit die 11 Maii tussi covulsiva pertinaci correptus, febris aderat continua, tussis ferina, scabra lingua, sitis ingens, summi caloris in thorace perceptio, continuo tussiendi ejiciebat non modo contenta in stomacho, ast sputa alba cum ingenti sanguinis copia, primis diebus ichorosus, decursu temporis ruber, ac tandem ruilans, eundem Medicus venae sectionem jubet, in primo vase crux, ictus ad 4 ad 112. Propinavit potum ex aqua Pulli: semigranum Opii: sex vena aperta: catharcis repetita, vesicantia pectori et nucae admota, tussis adhuc cum sputis crudis, copia semper sanguinis, donec 10 Julii decoctum Qui-nae lacte maridatum, omnia meliora.

OBSERV. VI.

S Eptem annorum Puellam tussi gravissima affectam die et nocte urgente in Nosodochium venit die 10 Julii, quam ante elapsos quindecim ab hinc dies inviserat Chirurgus quidam in Portu del Callao **Accesio nocturna**, accedebant protinus difficultas respi-

randi, motus convulsivi, facies livida, pulsus fortis, plenus, febris vomitione materiae mucosae terminabatur. Respiratio adeo anxia, ut erigat se, et ponat pedes exira Crepidinem lecti. Tussis quasi cum strepitu dolorifico guturis sine sputis, Statim Ol. amygd. sumpsit, sequente die Venæ sectionem. Decocatum pectorale. Tussis, et respiratio, et pulsus pejores. Venae sectionem unc. sex. Sanguis admodum inflammatiorius. Clyisma commune. Ac 14 sumpsit Iene Catharticum. Tussis minus molesta, repetita catharcī, ac tandem semigrano Opii, convalexe coepit.

Epilogus. Tusses hujus trimetris, scilicet auctumni proxime elapsi, Coelo existente sicco et frigido, puerorum convulsivæ; (9.) mense Maii, et Junii praeter hunc astercum, febres Tercianæ et continuae, pleuritide quamdoque tam vera, quam sputia stipatae, colicae passiones aparuerere. et nonnullæ Vatiolæ non Vaccinatos corripuerunt. Exordium Hyemis frigidum adhuc, et siccum: à die 25 noctes pluviosæ: tusses

(9) Hujus diri morbi victima fuit facetus infans Sap. Nuy. Archiatri, cuius aegregium opus (observ. sre. el Clima de Lima) ad meliorem propositi nostri exarationem consulimus.

-minus graves. Pueruli et infantes solum pertussi obnoxii; id que in praesenti epidemia à diathesi gastrica phogistica, sihenica E. regnante. Id circō instituenda Phlebotomia. Emesis Tartritis Potasse stibiatei lenis: dein repetita catharcis, ut venter continuo fluat: Hypnopatica ad agitationes convulsivas praecavendas, profligandos intestinos motus sanguinis liquationis et resolutionis, coctionemque praeparandam. Demum tonici et pae omnibus praestantissimus Peruvianus Cortex, ad Rachitidem et Scrophiulas funestas morbi terminationes impediendas.

Mitigatis quamplurimum Symptomatis ad reliquias morbi discutiendas nihil accommodatus quam Radix Seneka, quae species est Poligalae in Virginia crescentis, cuius aegregii effectus nostra in aegritudine, analogia primum, deinde innumeris experimentis D. Tennent Medico Anglo in Virginia innotuere. Vnde hanc iussis puerorum convulsivae certe unicum specificum dixerim, si ita loqui fas sit. Proscriptum apud Limanos Medicos Brownianum systema non est in me pro naturae legibus evolvendis illi obtemperai, eis accommodatus ad iussis nostrae phaenomena explananda judicem. duplo citoque maxillarj medicis in multis

Faciliter evolvendo medicis similiisque levi-

Non parvus est numerus hominum ē pulmonibus Limae laborantium. Seu quod olim Romae evenit ob aëris humidam intemperiem, i dem Limanis accidit. Sive quod Limani partes Thoracis imbecillas habeant, et debilia sint Viscera, carari hisque obnoxii. Idem Parisiencibus contingit etiam, gravi Pectoris affectu cum tussi molesta corripiuntur, et orti videtur ab aëris Lutetiae intemperie, à Visceribus imbecillibus, à labo haereditaria, à delicata, ut nos trates, vita. Relatio enim patefit Lutetianos inter, Romanos, Limanosque nostros.

Nunc superest, Patres ornatissimi, ut tenui imbellique nostro labore faventes, haec aetatis immaturae sentamina benigno animo accipiatis.

TITULARIS FISICA.

Chemiae, et Botanices, et Historiae naturalis Studium, Principis ornamentum, Patriae decus, Civium utilitas.

Si historicorum annales evolvas, videbis varias Orbis plagas successive experiri benignum scientiarum et artium iufluxum Principis sub auspiciis. In Indis ad antiquissimis temporibus extitere florentes,

in illis scientiae, simul cum administratiōne publica; forsā inde eas recepit Aegyptius, inde migratae Graeciam in auspicio splendore illustrat, posteaque ad littora Tiberis sub Augusto confluunt: remanent inde in Orientem sub auspiciis Maumeti et Caliphorum; denuo que Romam repetunt principibus domus Medicis benevole exceptae; posterius in Gallia sedem habent, obtemperantes voci Ludovici Magni: plagae mox ipsae septentrionales quasi suo jure eas sibi vindicant, instaurant Gustavius in Suevia, Petrus Magnus in Moscovia, Federicus in extremis Germaniae plagis: tandem felix aurora lucidum diem praenuntiat Limanis incolis sub benigno JOSEPHI FERDINANDI ABASCAL imperio.

Omnia quibus homo sustentatur, et gracescit, vestiuitur, et superbit, conservatur, et effato est animo, nec non omnia, quae profari valent vestium pompa, explendor, divitiae, delitiae, et necesitas ex hisce primam Chemia, Botanica, historia naturalis nacia sunt originem. Ergo inter sidera posteritas colocabit Principem, cuius auspiciis naturae claustra perfringentur suam in necessitatē, pompam, et splendorem, Ergo. &

